




Aristarchus <Samius> ; Federico Commandino

**Aristarchi de magnitudinibvs,
et distantiis solis, et lvnæ,
liber**

cvm Pappi Alexandrini explicationibus quibusdam

Apud Camillum Francischinum
Pisavri (Pesaro)
1572

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

1963
34K

HW462

238

BIBLIOTHEK
der k.k. Sternwarte

WIEN

(Währing, Türkenschanze.)

Nº.

1926

AUGUSTA RICCI
DE MAGNI PONTE
ET DUCIS
ET PAPPASILEXANDRINI
ET FEDERICO COMMANDINO
Viginti in latinum conuersus, ac
commentariis illustratus.

1326

Fina d'ni ppa Rabyron
Ovan S. Nokk ip
Varia Octav 20, № 11.

A R I S T A R C H I

D E M A G N I T U D I N I B V S ,
E T D I S T A N T I I S S O L I S ,
E T L V N A E , L I B E R

C V M P A P P I A L E X A N D R I N I
explicationibus quibusdam.

A F E D E R I C O C O M M A N D I N O
Urbinate in latinum conuersus , ac
commentarijs illustratus .

Cum Privilegio Pont. Max. In annos X.



P I S A V R I , Apud Camillum Franciscinum .

M D L X X I I .

A R I S T A R C H I
DE MAGNITUDINIBVS
ET DISTANTIIS SOLIS
AT LUNAE LIBRAE
CVM PAPPI ALPHEANDRI
et librationibus diurnalibus.
A LEDERICO COMMENDANDO
ALBANESE IN ISABEAU COMMISSIONE, AC
COMMUNICATUSS' ILLUSTRESS'.

Cum Philippo Fonti. M. D. 15. anno X.

M. D. 15. anno X.
LIBRARIÆ ET LIBRARIAE
M. D. 15. anno X.



S. ISAVARÆ. Philipps Commendatione
M. D. LXXXII.

ILL^{MO}. AC NOBILISS.^{MO}

ALDERANOCIBO

M A L A S P I N Æ

CARRARIÆ MARCHIONI.



O S T Euclidis elementa typis
excusa, in quorum quidem editio
ne, rogatu iussuq^b, F RANC I=
SCI MARICAE Prin=
cipis Illustrissimi suscepta, cui ego & otium, &
studia omnia deuoui mea, industria atque labo=
ris plurimum impendi, non inepte me facturum
existimau^t, Clariſſime ALDERANE,
ſi alium mox libellum plane aureum, ac vetu=
ſtissimum, à prætantissimoq^b philosopho Ari=
ſtarcho de Solis & Lunæ magnitudine, ac di=
ſtantia conscriptum, diuulgandum proponerem.
qui mihi tum ob argumenti prætantiam &
dignitatem, tum ob singularem auctoris solertiam,
ac diuinam propè ingenij fælicitatem viſus eſt
non indignus, qui à tot annorum ſitu, & ſqualo=
re reuiuifcens in doctiſſimorum hominum, &
¶ 2 præſertim

præsertim mathematicorum manus perueniret.
Verum enim in uero male cum ipso actum est. vel
enim temporum, vel librariorum, vel ambo=rum
potius iniuria, & inscitia tam misere la=be factatus, turpiterq; deformatus fuit, (quod
sanè malum in omnes paulo vetustiores libros
magno doctiōrum incommodo & iactura latius
serpsit) ut mihi nunc, qui eius ulcera sanaui,
maculasq; abstersi, & meis in ipsum conscriptis
commentarijs exornaui, studij fortasse & vi=gilantiae non minus ponendum fuerit in hoc ope=re,
quam ipse ab initio posuerit Aristarchus.
Hunc igitur mea industria in pristinum nito=rem restitutum, & perpolitum, latinitateq; do= natum, & nā cum Pappi Alexandrini expli=cationibus quibusdam sub tui Illustriſſimi nomi=nis tutela, & patrocinio in lucem prodire. ut
lui, tum ut mei perpetui erga te amoris, atque
obseruantiae specimen hoc esset, cum nulla alia
ratione, quanti te faciam, quantumq; in præ=stantiſſima natura, eximioq; ac singulari in=genio confidam tuo, declarare nunc licet. tum
ut tu, qui, summo loco natus, in magno generis
splendore,

splendore, et maiorum gloria, opibus, dignitate, gratia circumfluens, et virtutum omnium, atque artium optimarum miro incensus ardore, in quibus et tua sponte, et studio, singulariisque constantia adeo processisti, ut nihil non amplum, non summum, non gloriosum de te sperandum sit, mathematicas disciplinas, quarum te incredibili desiderio flagrare noui, hac ratione habeas quam commendatissimas, et magnopere praesidio tuearis. Insignem autem, et egregium mathematicum fuisse Aristarchum, non scripta eius tantum aperte testantur, in quibus rametsi alia methodo, alijsque positionibus nixus, atque Hipparchus, et Ptolemaeus eadem in re usi fuerint, scientiam semperiternorum corporum, nobilissimam illam quidem, et vehe- menter expetendam, longissime tamen a communi hominum sensu positam, egregie, ut tem- poribus illis, affectus fuit, et luculenter expli- cauit; sed ipsius etiam Archimedis in libro de Arenae numero testimonium amplissimum, et locupletissimum. neque enim vir ille Diuinus Aristarchum tot in locis laudasset, nisi homi- nis

nis doctrina sibi spectata, probataq; fuisset.
Adde quod Sami ortum testificatur; quæ insula, urbsq; olim Pythagoram tulerat omnium liberalium artium uel repertorem, uel certe doctorem præstantissimum, ac mathematicis ita deditum, ut, cum in Geometria noui quiddam inuenisset, musis bouem immolasse dicatur.
Hunc in primis ab Aristacho magistrum sibi lectum credi facile potest: etenim viri laudis amantes ciuium suorum, quorum nomen celebre uident, uestigijs ad gloriam alacrius incedunt.
Accipe igitur hoc à me munusculum, & perfruere, Commandini tui non immemor, qui unice colit & obseruat. Vale.

Federicus Commandinus.

A R I S T A R C O M

Ε Σ Α Τ Ε Λ Β Α Ρ Ι Σ Η Λ Α Μ Ν Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

Ε Π Τ Α Σ Α Τ Τ Ε Λ Β Ο Λ Ι Σ Η

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

A R I S T A R C H I

L I B E R

D E M A G N I T U D I N I B V S ,
E T D I S T A N T I I S S O L I S ,
E T L V N A E ,

V N A C V M P A T P I
A L E X A N D R I N I .

Et Federici Commandini Commentarijs.

P O S I T I O N E S .



V N A M à Sole 1
lumen accipere.

Terram puncti, ac 2
centri habere ra-
tionem ad sphæ-
ram lunę.

Cum luna dimidia 3
ta nobis apparet,
uergere in nostrū

v isum circulum maximum , qui lunę opacū ,
splendidum determinat.

Cum luna dimidiata nobis apparet , tunc 4
eam à sole distare minus quadrante , quadra-
tis parte trigesima .

A V m b r e

A R I S T . D E M A G N .

- 5 *cūmbræ latitudinem esse duarum lunarū.*
6 *Lunam subtendere quintam decimam partem signi.*

Itaque colligitur , Distantiam solis à terra , maiorem quidem esse , quam duodevigintuplam distatiæ lunæ ; minorem vero quam vigintuplam , ex positione , quæ est circa dimidiatam lunam : et eandem proportionem habere solis diametrum ad diametrum lunæ . Solis autem diametrum ad diametrum terræ maiorem quidem proportionem habere , quā 19 ad 3 ; minorem vero quam 43 ad 6 , ex ratione distantiarum , & positione circa umbram , & ex eo quod luna quintam decimam signi partem sub-
tendit .

*Pappus in sexto libro collectionum
Mathematicarum.*

Aristarchus , inquit , in libro de magnitudinibus , et distatijs lis & lunæ sex ponit , nē pe hęc , Primū , lunam à sole lumen ac cipere secundum , terram puncti ac centri habere rationem ad sphēram lunæ . Tertium , cum luna dimidiata nobis apparet , vergere in nostrum visum circulum maximum , qui lumen opacum , & splendidum determinat . Quartum , cum luna dimidiata nobis apparet , tunc ipsam à sole distare minus quadrante , quadrantis parte trigesima pro eo , quod est distare partes octaginta septem , hec enim minores sunt , quam iunginta partes quadrātis , partibus tribus , quae sunt trigesima pars nonaginta . Quintum , umbræ latitudinem esse duarum lunarum . Sextum , lunam subtendere quintam decimam partem signi .

Harum

ET DIST. SOL. ET LVNAE. 2

Harum autem positionum, prima quidem, tertia & quarta fere cum Hipparchi & Ptolemei positionibus consentiunt; luna enim à sole semper illuminatur, præterquam in ecclipsi: quo tempore lucis expersa fit, incidens in umbram, quam sol oppositus à terra iacit, conicam formam habetem, & circulus determinans lacteum, quod est ex illuminatione solis, & cineritum, qui proprius lunæ color est, haud differens à maximo circulo in dimidiatis ad solem constitutionibus, quam proxime ad quadrantem in zodiaco conspectum, ad visum nostrum vergit. hoc enim circuli planum, si producatur etiam per visum nostrum transbit, quamcumque positionem habeat luna prima, vel secundæ dimidiatae apparitionis. reliquas autem positiones discrepantes compierunt dicti mathematici, propterea quod neque terra puncti, ac centri rationem habeat ad lunæ sphærā, secundum ipsos, sed ad sphærā inerrantium stellarum: neque umbra latitudo sit duarum diametrorum lunae: neque ipsius lunæ diameter subtendat circumferentiam maximi circuli, secundum medium eius distantiam, quintam decimam partem signi, videlicet partes duas. Hipparcho enim diameter lunæ circulum hunc sexcenties & quinquages metitur: & circulum umbra metitur bis & semis secundum medium distantiam in coniunctionibus. At Ptolomeo diameter ipsius lunæ secundum maximam quidem distantiam subtendit circumferentiam o. 31. 20. secundum minimam vero o. 35. 20. Et diameter circuli umbra secundum maximam lunæ distantiam o. 45. 38. secundum minimam. o. 46. Vnde ipsi differentes rationes tum distantiarum tum magnitudinum solis & lunæ collegerunt. Aristarchus enim dictas positiones sequutus ad verbum ita scribit.

Itaque colligitur distantiam solis à terra maiorem quidem esse, quam duodeui ginta plam distantia lunæ; minorem vero, quam vigintuplam: & eandem

A R I S T . D E M A G N .


„ candem proportionem habere solis diametrum ad
„ diametrum lunæ . quod habetur ex positione, quæ
„ est circa dimidiatam lunam . solis autem diametrū
„ ad diametrū terre in maiori proportione esse, quām
„ 19 ad 3 , & in minori , quām 43 ad 6 , ex ratione di-
„ stantiarum , & positione circa vmbram , & ex eo
„ quod luna quintadecimam signi partem sub-
„ tendit.

Colligitur inquit, ut deinceps, velut qui hec paulo post de-
monstratus sit, lemmata ad demonstrationes utilia premit
tens. Ex quibus omnibus concludit, solem ad terram maiorem
quidem proportionem habere, quām 6859 ad 27 ; minorē
vero, quām 79507 ad 216. Terrae diametrum ad dia-
metrum lunæ in maiori proportione esse, quām 108 ad 43 ; &
minori, quām 60 ad 19. Terram vero ad lunam in maiori es-
se proportione, quām 1259712 ad 79507 ; & minori,
quām 216000 ad 6859. At Ptolemeus in quinto libro ma-
gnæ constructionis demonstrauit quarum partium semidia-
meter terrae est unius, earum lunæ maximam distantiam
in coniunctionibus esse 64. 10. & solis 1210. semidiametru
lunæ 0. 17. 33. & semidiametrum solis 5. 30. ergo qua-
rum partium diameter lunæ est unius, earum diameter qui-
dem terræ est $3 \frac{2}{5}$: solis autem $18 \frac{4}{5}$. terræ igitur dia-
meter tripla est diametri lunæ, & adhuc duabus quintis maior.
solis diameter diametri quidem lunæ duodecimangusta est,
& adhuc maior quattuor quintis : diameter autem terræ
quintupla, & adhuc dimidio maior. Ex quibus & solidorū
corporum proportiones manifeste sunt. Quoniam enim cu-
bus unius est 1, cubus autem $3 \frac{2}{5}$ est earum id est $39 \frac{1}{4}$ proxime; et
cubus $18 \frac{4}{5}$ similiter $66\frac{1}{2}$ proxime: quarum partiū
lunæ solida magnitudo est unius, earum magnitudo terræ
erit $39 \frac{1}{4}$; & solis $66\frac{1}{2}$. Quare magnitudo solis cen-
ties & septuages proximè terræ magnitudinem continet.

& hec hactenus dicta sint, comparationis causa distarum magnitudinum, & distantiarum.

PROPOSITIO. I.

Duas spheras, æquales quidem idem cylindrus comprehendit, inæquales vero idem conus, verticem habens ad minorem spheras: & per centrum ipsarum ducta recta linea perpendicularis est ad utrumque circulum, in quibus cylindri, vel coni superficies spheras contingit.




Sint æquales spheras, quarum centra A B: itaque A B producatur: & per ipsam AB producatur planum, quod faciet sectiones in spheras maximos circulos. Itaque faciat circulos CDE FGH: atque à punctis A B ipsi AB linea ad rectos angulos ducatur CAE FBH: & CF iungatur. Quoniā igitur CA FB & æquales sunt, & parallelæ, erunt & C F AB æquales, & parallelæ; eritque CFAB parallelogrammum: & anguli qui ad CF recti, ergo recta B C linea

A R I S T . D E M A G N .

linea CF circulos CDE, FGH continget. si autem AB manente parallelogrammum AF, & KCD GFL semicirculi conuertantur, quoisque rursus restituātur in eūdem locum, à quo moueri cœperunt: semi-circuli quidem KCD, GFL ferentur in sphæris, parallelogrammum vero AF cylindrum efficiet, cuius bases erūt circuli circa diametros CE FH, recti exstētes ad ipsam AB: propterea quod in omni conuer-
Dsione CE FH ad ipsam AB rectæ permanent. Et perspi-
cuum est superficiem ipsius contiugere sphæras, quoniā CF in omni conuersione se-
micirculos KCD GFL con-
tingit.

Sint rursus sphæræ inæ-
quales, quarū centra A B,
& sit maior, cuius centrum
A. Dico dictas sphæras eun-
dem conum comprehendere,
qui verticem habeat ad
minorem, sphæram. Iungatur
AB, & per ipsam produ-
Ecatur planum, quod faciet
sectiones i sphæris circulos.
faciat circulos CDE FGH.
circulus igitur CDE maior
est circulo FGH. ergo &
quæ ex centro circuli CDE
maior erit ea, quæ ex centro
Fcirculi FGH. fieri igitur po-
test, ut sumatur aliquod pun-



punctum

punctum, velut K, ita ut quam proportionem habet
 que ex centro circuli CDE ad eam, que ex centro
 circuli FGH, eandem habeat AK ad KB. sumatur, &
 sit K:ducaturque KF tangens circulum FGH; & FB
 iungatur. Deinde per A ipsi BF parallela ducatur A
 C, & iungatur CF. Quoniam igitur est, ut AK ad KB,
 ita AD ad BN; atque est AD quidem aequalis ipsi A
 C; BN vero ipsi BF: erit ut AK ad KB, ita AC ad B
 F: estque AC parallela ipsi BF. recta igitur linea est
 CFK. sed angulus KFB rectus est. ergo & rectus KC
 A; ac propterea KC circulum CDE contingit. ducā
 tur CL FM ad ipsam AM perpendiculares. Si igitur
 manete KX semicirculi XCD GFN, & triangula KCL
 KFM conuertatur, quo usque rursus restituantur in
 eundem locum, a quo moueri cceperunt, semicircu-
 li quidem XCD GFN in sphæris ferentur; triangu-
 la vero KCL KFM conos efficiunt, quorum bases
 sunt circuli circa diametros CE FH, recti existentes
 ad KL axem, & eorum centra L M. coni uero sphæra
 rum contingent superficies, quoniam & KFC in om
 ni conuersione semicirculos XCD GFN contingit.

G
H K
L

M

F E D. C O M M A N D I N V S.

Quod faciet sectiones in sphæris maximos circu- A
 los] Ex primam propositione sphericorum Theodosii.

Et anguli qui ad CF recti] Ex 34. primi. Eucl. paral- B
 lelogramorū enim locorū anguli, qui ex opposito equalis sūt
 et sūt recti qui ad A B anguli. ergo et qui ad C F recti erūt.


Ergo recta linea CF circulos CDE FGH contin- C
 get] Ex 16 tertij libri elementorum.

Parallelogrammum vero AF cylindrum efficiet] D
 Ex 21 definitione undecimi libri elementorum.

Quod

A R I S T . D E M A G .

- E** Quod faciet sectiones in sphæris circulos] Ex pri-
ma sphaericorum Theodosii.
F Fieri igitur potest, vt sumatur aliquod punctum,
velut K, ita ut H] Illud autem punctum hoc modo inuenie-
mus. Ducatur seorsum ea, quae ex centro circuli maioris C



DE, sitq; AD : & ex ipsa AD abscindatur AO aequalis ei,
quae ex centro minoris circuli : fiatq; vt DO ad OA, ita AE
ad aliam, quae sit BK. erit enim componendo, vt DA
ad AO, hoc est ut quae ex centro circuli maioris ad eam que
ex centro minoris, ita AK ad KB.

G Recta igitur linea est CFK] Hoc est si à puncto C ad
K ducatur recta linea, transbit ea per F. quod nos demon-
strauimus in commentarijs in decimam propositionem libri
Archimedis de ijs, quae in aqua vebuntur, lemme primo.

H Sed angulus KFB rectus est,] Ex 18 tertij elemen-
torum.

K Ergo & rectus KCA] Ex 29 primi elementorum.

L Ac propterea KC circulum CDE contingit] Ex
17 tertij elementorum.

M Triangula vero KCL KFM conos efficiunt] Ex
18 diffinitione undecimi libri elementorum.


P R O P O S I T I O . I I .

N Si sphæra illuminetur à maiori sphæra,
maior eius pars, quam sit dimidia sphæra, il-
luminabitur.

Sphæra

Sphæra enim, cuius centrum B à maiori sphæra, cuius cœtrū A illuminetur.

Dico partem sphære illuminatā, cuius cœtrū B dimidia sphæra maiorē esse. Qm̄ enim duas inæquales spheras idem conus comprehendit, verticē habēs ad minorem spharam: sit conus spheras comprehendēs; & per axē planum producatur faciet illud sectiones in spheras quidē circulos, in cono autem triangulum. Itaq; faciat in spheras circulos CDE FGH; & in cono triāgulū CEK. manifestum est portionē sphære, quæ est ad FGH circūferentiā, cuius basis circulus circa diametrū FH , partē esse illuminatā à portione, quæ est ad circumferentiam CDE, cuius basis circulus circa diametrū CE, rectus existēs ad ipsam AB . etenim F GH circūferētia à circūferentia CDE illuminatur; quod extremi radij sunt CF EH: atque est in proportionē FGH centrum sphæræ B. Quare pars sphære illuminata, dimidia sphæra maior crit.



B F E D.

A R I S T. D E O M A G N I T.

F E D. C O M M A N D I N V S.

- A Faciet illud sectiones in sphæris quidem circulos] Ex 1. sphaericorum Theodosii. ut superius dictum est.
B In cono autem triangulum] Ex 3 propositione primi libri conicorum Apollonij.

P R O P O S I T I O. I I I.


In luna minimus circulus determinat opacum, & splendidum, quando conus solem, & lunam comprehendens ad visum nostrum verticem habeat.

- A Sit noster quidem visus ad A; solis centrum B; et
trum vero lunæ, quando conus solem & lunam co-
prehendens ad visum nostrum verticem habent, sit
C: quando autem non habeat sit D. manifestum est
puncta ACB in eadem recta linea esse. producatur
per AB & D planum; quod faciet sectiones in sphæ-
ris quidem circulos; inconis autem rectas lineas. fa-
ciat etiam in sphæra, per quam fertur centrum lu-
næ circulum CD. ergo A est ipsius centrum; hoc
enim ponitur. In sole autem faciat circulum EFR: &
in luna quando conus solem, & lunam comprehen-
dens ad visum nostrum verticem habeat, circu-
lum HKL; quando autem non habeat, MNX. At in
conis rectas lineas EA, AG, PO, OR: & axes AB
BO. Quoniam igitur est, ut quæ ex centro circuli EF
G ad eam, quæ ex centro circuli HKL, ita quæ ex ce-
tro circuli EFG ad eam, quæ ex centro circuli MNX.

Sed

ET DIST. SOL. ET LVNAE. 6

Sed ut quæ ex centro circuli EFG ad eā, quæ ex cētro circuli HKL, ita BA ad A C. vt aut quæ ex cētro circuli EFG ad eā, quæ ex centro circuli MNX, ita BO ad O D. & ut igitur BA ad AC, ita BOad OD: & diuidendo ut BC ad CA, ita BD ad DO: permutandoque ut BC ad BD, ita CA ad DO. atque est BC minor quam BD: est enim A ipsius CD circuli cētrū, ergo & CA minor est, quam DO. est que circulus HKL equalis circulo MNX




B 3 minor

A R I S T. T. D E O M A G N.

G minor igitur
est HL, quām
MX propter
lemma. Qua-
re & circu-
lus, qui circa
diametrū H
L describi-
tur, rectus e-
xistēs ad ipsā
A B minor
est circulo de-
scripto cir-
ca diametrū
MX, qui re-
ctus est ad B
O. sed circu-
lus circa dia-
metrum HL,
rectus exi-
stens ad AB,
est qui deter-
minat in lu-
na opacum,
& splēdidū;
quādo conus
sole, & lunam
cōprchēdens
ad visum no-
strū verticem
habeat. circu-
lus vero cir-
ca diametrū

tonim e a



M*

MX, rectus existens ad BO, in luna opacum, & splē
didum determinat, quando conus solem, & lunā
comprehendens verticem non habeat ad nostrum
visū. minor igitur circulus determinat in luna ope-
cum, & splendidum, quando conus solem & lunam
comprehendens ad visum nostrum verticē habeat.

F E D. C O M M A N D I N V S.

In conis autem rectas lineas] Faciet enim triangula A
Ex 3. primi libri conicorum Apollonij.

Hoc enim ponitur] Ex positione secunda huius. poni-
tur enim terram puneti, ac centri habere rationem ad sphē B
ram lune.

Quoniam igitur est ut quae ex centro circuli EF C
G ad eam quae ex centro circuli HKL, ita quae ex cē-
tro circuli EFG ad eam, quae ex centro circuli MN
X] Ex 7. quinti elemen. eadem ad aequales eandem habet
proportionem.

Sed ut quae ex centro circuli EFG ad eam, quae ex D
centro circuli HKL, ita BA ad AC] Iungatur enim CH
& p B ipsi CH parallela ducatur BG. erit triangulū ABG
simile triangulo ACH. quare ut GB ad BA, ita HC ad CA
ex 4. sexti: & permutando ut GB ad HC quae sunt ex cen-
tro circulorū EFG HKL, ita BA ad AC. & similiter demo-
strabitur, ut quae ex centro circuli EFG ad eam, quae ex
centro circuli MNX, ita esse BO ad OD.

Et ut igitur BA ad AC, ita BO ad OD] Ex 11 quin E
ti elementorum.

Atque est BC minor, quam BD] Ex 8 tertij ele- F
mentorum.

Minor igitur est & ut HL, quam MX propter lem G
ma.] Ybi hoc lemma sit, nondum comperi, sed tamen illud
idem


A R I S T . D E M A G N .

idem in 24 propositione perspectivæ Euclidis demonstratur.
Quoniam enim AC minor est, quam OD, oculo posito in A
minus de corpore lunæ cernetur, quam eo posito in O. ergo illæ
estis HL, MX, erit HL minor ipsa MX.

P R O P O S I T I O . I I I I .

*Circulus in luna opacum, & splendidum
determinas non differt à maximo in ipsa cir-
culo, quatenus
ad sensum atti-
net.*

Sit noster quidē
visus ad A, lunę ve-
ro centrum B; & iū
etia AB per ipsam
planū producatur,
quod faciet sectio-
nem in sphera ma-
ximū circulum. fa-
ciat circulum ECD
F: & in cono rectas
lineas AC AD D
C. Circulus igitur
circa diametrū CD
rectus existēs ad ip-
sam AB, est qui in
luna opacū, & spen-
didū determinat.
Dico eum non dif-
fere à maximo cir-




culo,

culo, quatenus ad sensum attinet. ducatur enim per
 B ipsi CD parallela EF; & ponatur circumferentia
 DF dimidia vtraque ipsarum GK CH, & KB BH
 KA AH BD iungantur. Itaque quoniam positum
 est lunam subtendere quintamdecimam partem si-
 gni, angulus CAD consistet in quintadecima signi
 parte. quinta decima autem signi pars, totius Zodia-
 ci est pars centesima, & octogesima. quare CAD an-
 gulus in centesima & octagesima parte totius Zo-
 diaci consistet, ideoque erit quattuor rectoru pars
 ceteris & octogesima; hoc est quadragesima qui-
 ta pars vnius recti. estque eius dimidijs BAD angu-
 lus. angulus igitur BAD est dimidijs recti pars qua-
 dragesima quinta. Et quoniam rectus est angulus A
 ADB, habebit BAD angulus ad dimidijs recti ma-
 iorem proportionem, quam BD ad DA. quare BD B
 minor est, quam pars quadragesima quinta ipsius
 DA; ac propterea BG ipsius BA multo minor erit, C
 quam quadragesima quinta pars. & dividendo BG
 ipsius GA minor, quam pars quadragesima quarta. D
 ergo & BH multo minor est, quam pars quadra-
 gesima quarta ipsius HA. atque habet BH ad HA ma- E
 iorem proportionem, quam angulus BAH ad AB
 H angulum. angulus igitur BAH anguli ABH mi- F
 nor est, quam quadragesima quarta pars. estque ip-
 sius quidem BAH duplus angulus KAH; ipsius ve-
 ro ABH duplus angulus KBH. ergo angulus KAH G
 minor est, quam quadragesima quarta pars ipsius
 KBH. Sed angulus KBH est aequalis angulo DBF, H
 hoc est angulo CDB, hoc est angulo BAD. angulus K L
 igitur KAH anguli BAD minor est, quam quadra-
 gesima quarta pars. At angulus BAD est quadra-
 gesima quinta pars dimidijs recti, hoc est vnius recti
 pars

ARIST. DE MAGN.

pars nonagesima.
 ergo angulus KA
 H minor est, quām
 recti pars 3960 .
 magnitudo autē spe
 cta sub tātulo an
 gulo insēsilis est no
 stro visui. atque est
 KH circumferētia
 equalis circumferē
 tię DF. ergo DF no
 stro visui adhuc
 magis insēsilis est.
 si enim iungatur A
 F angulus FAD mi
 nor erit angulo K
 AH. quare punctū
 D videbitur idem
 esse , quod F : &
 simili ratione C
 idem videbitur ,
 quod E; ac propte
 rea CD , quatenus
 ad sensum attinet
 non differt ab ipsa EF . circulus igitur determinans
 in luna opacum, & splēdidum , quatenus ad sensum
 attinet à maximo circulo non differt.




F E D. C O M M A N D I N V S.

Et quoniam rectus est angulus ADB , habebit B
 AD angulus ad dimidium recti maiorem propor
 tionem, quām BD ad DA] Describatur seorsum triangu
 lum

lum ADB , & ab ipsa $D.A$ absindatur DL aequalis DB , &
BL iungatur. erunt trianguli BLD , anguli DBL DLB inter
se aequales. & cum angulus ad D sit rectus, uterque ipsorum
recti dimidius erit. Itaque duo triangula rectangula sunt.

5. pri.
mi.
32. pri.
mi.



BD , LBD , quorum anguli ad D recti, trianguli vero ABD
latus BD est commune triangulo LDB , & latus AB maius
latere LB . ergo ex ijs, quae nos demonstrauimus in commen-
tarijs in librum Archimedis de numero arenq; , angulus BLD
ad angulum BAD maiore quidem proportione habet, quam B
 A latus ad latus BL ; minorem vero, quam latus AD ad la-
tus DL . quare conuertendo ex 26 quinti elementorum, qua
nos addidimus ex Pappo, angulus BAD ad angulum BLD ,
hoc est ad dimidium recti maiorem proportionem habet, qua
latus DL , hoc est BD ipsi aeqnale, ad latus $D.A$.

7. quin-
ti.

Quare BD minor est, quam pars quadragesima
quinta ipsius $D.A$] Sit enim, ut angulus BAD ad dimidiū
recti, ita quepiā recta linea, in qua M ad ipsam $D.A$, erit M
quadragesima quinta pars ipsius $D.A$, & habebit ad $D.A$
maiorem proportionem, quam BD ad $D.A$. ergo BD minor
est, quam M ; ac propterea minor, quam pars quadragesima
quinta ipsius $D.A$.

B

10. qui-
ti.

Ac propterea BG ipsius BA multo minor erit,
quam quadragesima quinta pars] Est enim BG aequa-
lis ipsi BD , & $B.A$ maior quam AD , cum maiori angulo
subtendatur.

C

10. qui-
ti.


D

Ergo BH multo minor est, quam pars quadra-
gesima

A R I S T. D E M A G N I T.

gesima quarta ipsius HA] Nam BH est aequalis ipsi B
G; HA vero maior, quam GA, ex 8 tertij elemen.^{m 15}

E Atque habet BH ad HA maiorem proportionē,
quam angulus BAH ad ABH angulum] Describa-



tur circa triangulum ABH circulus AHB, habebit recta li-
nea AH ad rectam HB minorem proportionem, quam cir-
cumferentia AH ad HB circumferentiam, ex demonstratis
Vlt. sex à Ptolemeo in principio magnæ constructionis. ut autem cir-
ui. circumferentia AH ad circumferentia HB, ita angulus ABH
ii. qui- ad BAH angulum. recta igitur linea AH ad rectam HB mi-
lit. norem habet proportionem, quam angulus ABH ad angulum
BAH. quare conuertendo ex 26 quinti, recta linea BH ad
rectam HA maiorem proportionem habebit, quam angulus
BAH ad ABH angulum.

F Angulus igitur BAH anguli ABH minor est,
quam quadragesima quarta pars] Immo vero mul-
to minor.

G Ergo angulus KAH minor est, quam quadragesi-
ma quarta pars ipsius KBH] Ex 15 quinti elemen.

H Sed angulus KBH est aequalis angulo DBF] Ita
enim ponitur.

K Hoc est angulo CDB] Ex 29 primi elementorum.


L Hoc est angulo BAD] Ex 8 sexti elementorum.

M Si enim iungatur BF, angulus FAD minor erit
angulo KAH]

T APPVS IN EODEM LOCO.

D Describemus autem unum lemma ex ijs, quae traduntur

In quartum theorema eiusdem libri, inquisitione dignum.




Sit circulus ABC, cuius diameter producta AC
D; centrum E: & à punto E ipsi ACD ad rectos an-
gulos ducatur BEF: ab ipso autem D ducatur DH,
circulum ABC contingens: & dimidia ipsius FH
æqualis ponatur ad utrasque partes C, videlicet K
C CL: iunganturque AD DL FD. Dico angulum
KDL angulo FDH maiorem esse. Premituntur au-
tem hec.

Sit circulus ABC, cuius diameter producta AC
D: & à punto D ducatur quæpiam recta linea DE
F. Dico circumferentiam AF circumferentia CE
maiorem esse.


Sumatur enim circuli centum G: & GF GE iungantur. s. pri-
erit angulus ad F angulo ad E equalis. Et quoniam triangu-
lum est GFD, & Angulus exterior AGF maior est interior;
& opposito, eo, qui ad F; hoc est eo, qui ad E; angulus autem

11. ARKIS ET. E. OM. A. CNT. I.

• In circulo ABC, ducatur diametrum AD, et per punctum C ducatur secans FD; et si ducatur perpendicularis CG ad secantem FD, et restringatur per centrum D circulus, tangens secantem FD ad punctum E; erit AF maior est circumference CE.



tem ad E maior est angulo DGE, propterea quod est extra triangulum: erit angulus AGF angulo EGD maior. & sunt ad centrum circumferētia igitur AF maior est circumferētia CE. quod demōstrarre oportebat.



Sit circulus AB, cuius centrum D; & extra circulum punctum C: ducanturq; CDK, & circulum con-

tingens CF. deinde per D centrum ad rectos angulos ipsi KL diametro agatur DA; seceturque AF circumferentia bifariam in puncto E. & CBA CGE iungantur. Dico angulum ACE angulo ECF maiorem esse.

Imitantur enim EB FG. & quoniam EB maior est, quam FG, & BC minor, quam CG; habebit EB ad BC maiorem proportionem, quam FG ad GC. Itaque fiat ut EB ad BC, ita HG ad GC, & HC iungatur. Quoniam igitur anguli ABE EG F inter se aequales sunt, quod & circumferentia AE circumferentie EF; & reliqui anguli EBC FGC aequales; & circa aequales angulos latera sunt proportionalia: erit triangulum EBC triangulo HGC equilaterum. ergo anguli ACE ECH iter se aequales sunt. angulus igitur ACE angulo ECF est maior.

Sit deniq; eadem figura, que prius; & eadem maneat. Dico angulum KDL angulo FDH maiorem esse.

Secetur circumferentia FH bifariam in puncto M, & iungatur MD. constat igitur ex eo, quod proxime ostensum est, angulum FDM maiorem esse angulo MDH. producantur FE DL ad puncta NX; fitque ipsi AD aequalis NF, & NM, ND iungantur. Itaque quoniam circulus est ABC, cuius diameter producta ACD, & a puncto D acta est DLX ad concauam circumferentiam; erit circumferentia AX maior, quam circumferentia CL. sed CL est aequalis FM; utraque enim est circumferentia FH dimidia. circumferentia igitur AX maior est, quam FM. ponatur ipsi FM aequalis circumferentia AO; iungantur AO OD. Et quoniam circumferentia AF semicirculi aequalis est circumferentiae semicirculi FCB, quarum AO est aequalis MF; erit & reliqua OC reliqua MB aequalis. sed circumferentiae quidem OC insistit DAO angulus; circumferentiae vero MB insistit angulus NFM. ergo angulus DAO est aequalis angulo NFM. atque est uterque eorum recto minor. & cum

8. quin
ti.

21. ter-
tij.


13. pri-
mi
6. sexti.

39. hu-
iust.

27. ter-
tij.
31. ter-
tij.

AD

A R I S T . D E M A G N .



AD sit aequalis FN, & DO ipsi FM, duae DA MO
duabus NF FM aequales sunt; & angulus DAO est aequa
4. pri-
mili. guli reliquis angulis sunt aequales. angulus igitur ADO est
guli reliquis angulis sunt aequales. angulus igitur ADO est
aequalis angulo FNM. Rursus quoniam semicirculi circuferē
tia est FAB, erit FABG semicirculo maior, cui insistit angu
lus FMG. ergo FMG maior est recto; & ipsi subtēditur re
5. ter-
tii. tia linea FR. angulo autē acuto RFM subtēditur RM. quare
19. pri-
mili. FR maior est, quam RM. Itaque producatur RM ad S; & ip
si FR aequalis ponatur RS. Et quoniam tota ACD aequalis
est toti FBN, quarum AE est aequalis EF; erit reliqua ED
5. pri-
mili. ipsi EN aequalis: ideoq; angulus EDN est aequalis angulo E
ND; & ADN maior angulo DNR. quare latus NR latere R
D est maius. producatur RD ad Y: ponaturq; ipsi NR aequalis

lis RT; & ST iungatur. Quoniam igitur FR est aequalis RS,
 & NR ipsi RT; duę FR RN duabus SR RT aequales sunt:
 & angulus FRN aequalis angulo SRT, quod sit ad verti-
 cem. ergo & basis NF basi ST; & reliqui anguli reliquis
 angulis aequales. quare angulus RFN est aequalis angulo R
 ST. sed angulus RMD maior est angulo RST, cum sit extra
 triangulum. angulus igitur RMD angulo RFN est maior. est
 autem & FRN angulus aequalis angulo MRD. quare &
 reliquus FNR maior reliquo RDM. At ostensum est angu-
 lum FNR angulo ADO esse aequalē. angulus igitur AD
 O angulo RDM est maior; ac propterea ADX angulus mul-
 to maior est angulo RDM. anguli autem ADX duplus est an-
 gulus KDL: et anguli RDM minor, quam duplus ostensus est
 aq'us FDH. ergo KDL angulus angulo FDH maior erit.

4. pri-
mi.In an-
teceden-
te.

PROPOSITIO. V.

Cum luna dimidiata nobis appareat, tunc
 maximus circulus, qui est iuxta determinan-
 tem in luna opacum, & splendidum, in vi-
 sum nostrum vergit: hoc est maximus circu-
 lus, qui est iuxta determinantem, & noster
 visus in uno sunt plano.

Luna enim dimidiata existente, appareat circulus
 determinans opacum, & splendidum ipsius, verge-
 re in nostrum visum: & ab eo non differt circulus
 maximus, qui est iuxta determinantem. cum igitur
 luna dimidiata nobis appareat, tunc circulus maxi-
 mus, qui est iuxta determinantem, in visum nostrum
 vergit


3. possi-
tione.
4. hu-
ius.

P. R. Q.

A R I S T . D E M A G .

P R O P O S I T I O . V I .

Luna infra solem fertur, et dimidiata exi-
stens à sole minus quadrante distat.



Sit enim noster visus ad A, solis autem centrum
B: & iuncta AB, per ipsam, & per centrum lunæ di-
midaiae existentis planum producatur. faciet utiq;
sectionem in sphera, per quam fertur centrum fo-
lis circulum maximum. faciat circulum CBD: & à
puncto A ipsi AB ad rectos angulos ducatur CAD.

qua

quadratis igitur est circumferentia BD. Dico lunam
 infra solem ferri, & cum dimidiata existat, minus
 quadratum à sole distare: hoc est centrum ipsius intra
 rectas lineas BA AD, & circumferentiam DEB contineri. Si enim non, sit centrum ipsius F intra rectas
 lineas DA AL, & BF iungatur, erit BF axis coni A
 solem, & lunam compræhendens: atque erit per-
 pendicularis ad maximum circulum, qui in luna opa-
 cum, & splendidum determinat. Sit igitur maxi-
 mus circulus in luna iuxta determinatem opacum
 & splendidum GHK. Et quoniam luna dimidiata B
 existente maximus circulus, iuxta determinantem
 in luna opacum & splendidum, & noster visus sunt
 in uno plano, iungatur AF. ergo AF est in plano cir-
 culi KGH: est autem & BF circulo KGH ad rectos
 angulos. quare & ipsi AF, ac propterea angulus BF C
 A rectus est. Sed & obtusus est angulus BAF. quod
 fieri non potest. non igitur punctum F est in loco
 intra angulum DAL contento. Dico neque esse in
 ipsa AD. Si enim fieri potest, sit M: & rursus BM iū-
 gatur: sitq; maximus circulus iuxta determinantem,
 cuius centrum M. Eadem ratione ostendetur angu-
 lus BMA rectus esse ad maximum circulum. sed &
 BAM est rectus. quod fieri non potest. non igitur
 in ipsa AD est centrum lunæ dimidiata existentis.
 ergo erit intra rectas lineas BA AD. Dico præ-
 terea esse intra circumferentiam BED. Nam si fieri
 potest, sit extra in punto N; & eadem construan-
 tur. ostendemus angulum BNA rectum esse. maior
 igitur est BA, quam AN. sed BA est æqualis AE.
 ergo & AE, quam AN maior erit. quod fieri nō po-
 test. non igitur centrum lunæ dimidiata existen-
 tis est extra circumferentiam BED. similiter ostende-

D tur

A R I S T . D E M A G .

tur neque esse in ipsa BED circumferentia. ergo intra ipsam sit necesse est. luna igitur infra solem fertur, & dimidiata existens minus quadrante à sole distat.

A M O R F E D . C O M M A N D I N V S .

A Erit BF axis coti solem, & lunam comprehendetis: atque erit perpendicularis ad maximum circulum, qui in luna opacum, & splendidum determinat] Ex demonstratis in tertia propositione huius.

B Et quoniam luna dimidiata existente maximus circulus iuxta determinantem in luna opacum & splendidum, & noster visus in uno sunt plano] Ex antecedente.


C Quare & ipsi AF, ac propterea angulus FBA retus est] Ex tertia definitione undecimi elementorum.

D Sed & obtusus est angulus BAF. quod fieri non potest] Essent enim trianguli A B F tres anguli maiores duobus rectis.


P R O P O S I T I O V I I .

Distantia, qua sol à terra distat, distantie qua luna distat à terra maior quidem est, quam duodevigintupla, minor uero, quam vigintupla.

Sit solis quidem centrum A; terræ vero centrum B. & iuncta AB producatur. luna autem dimidiata existentis centrum sit C: & per AB, & C planū producatur, quod faciat sectionem in sphera, per quam fertur



fertur centrum solis , maximum circulu m ADE , &
 AC CB iungatur: producaturq; BC in D. erit vti-
 que angulus A C B rectus , propterea quod puctum
 C sit lunę dimidiata centrum . ducatur à punto B
 ipsi BA ad rectos a ngulos BE. ergo circumferentia A
 ED erit trigesima pars circumferentia EDA. posi-
 tum est enim , cum luna dimidiata nobis apparet , di-
 stare eam à sole minus quadrante , quadrantis parte
 trigesima . quare & EBC angulus est trigesima pars
 vnius recti . compleatur parallelogrammum AE : & B
 BF iungatur. erit angulus FBE recti dimidiatus . sece-
3. hu-
ius.




tur FBE bisariam recta linea BG . angulus igitur **C**
BE est quarta pars vnius recti. sed DLE angulus est
 vnius recti pars trigesima. ergo proportio anguli
 GBE ad angulum DBE est ea, quam habet 15 ad
 2. quarum enim partium angulus rectus est 60, ca-
 rum angulus quidem GBE est 15; angulus vero **D**
BE 2. Et quoniam GE ad EH maiorem propor-
 tionem habet, quam angulus GBE ad DBE angu-
 lum; habebit CE ad EH maiorem proportionem,
 quam 15 ad 2. est autem BE equalis EF : atque est
 angulus qui ad E rectus. quadratum igitur ex F

Bdu-

B duplū est quadrati ex BE . vt aut quadratū ex FB ad quadratū ex BE , ita quadratū ex FG ad quadratū ex GE . ergo quadratū ex FG quadrati ex GE duplū erit . sed 49 minora sunt quā dupla 25 . quadratū igitur ex FG ad quadratum ex GE maiorem proportionem habet , quām 49 ad 25 . ac propterea ipsa FG ad GE maiorem habet proportionem , quām 7 ad 5 : & componēdo FE ad EG maiorem , quām 12 ad 5 : hoc est , quām 36 ad 15 . ostensum autem est & GE ad EH maiorem proportionem habere , quām 15 ad 2 . ergo ex æquali FE ad EH maiorem habebit proportionem , quām 36 ad 2 , hoc est quām 18 ad 1 . & ob id FE maior est , quām duodeuigintuq; ipsius EH . est autem FE æqualis EB . ergo & BE ipsius EH maior est , quām duodeuigintupla . multo igitur maior erit BH , quām duodeuigintupla ipsius HE . sed vt BH ad HE , ita est AB ad BC ob similitudinem triangulorum . ergo & AB ipsius BC maior est , quām duodeuigintupla : estque AB quidem distantia , qua sol à terra distat : CB vero distatia qua luna distat à terra : distantia igitur qua sol à terra distat , distantia qua luna distat à terra maior est , quām duodeuigintupla . Dico etiam minorem esse , quām vigintupla . Ducatur enim per D ipsi EB parallela DK , & circa DKB triangulum circulus describatur DKB . erit ipsius diameter DB , propterea quod angulus ad K rectus sit : & aptetur BL hexagoni latutus . Quoniam igitur angulus DBE est trigesima pars recti , erit & BDK recti pars trigesima . ergo circumferentia BK sexagesima pars est totius circuli . est autem & BL totius circuli pars sexta . circumferentia igitur BL decupla erit circumferentia BK : atque habet circumferentia BL ad circumferentiam

A R I S T . D E M A G N .



tiam BK maiorem proportionem, quam recta linea BL ad BK rectam. ergo recta BL rectæ BK minor est, quam decupla. est autem ipsius BL dupla BD. quare BD ipsius BK minor erit, quam vigintupla. sed ut DB ad BK, ita AB ad BC. ergo & AB minor erit, quam vigintupla ipsius BC. estque AB quidem distantia, qua sol à terra distat; BC vero distantia, qua luna distat à terra. distantia igitur qua sol à terra distat distantie, qua luna distat à terra minor est, quam vigintupla. ostensa autem est maior; quam dnodevigintupla. quod ostendere oportebat.


F E D .

FED. COMMANDINVS.

Ergo circumferentia ED erit trigesima pars circumferentie EDA.] Hoc in figura ita esse ponatur, namque ob loci angustiam coacti sumus circumferentiam DE multo maiorem facere, quam sit trigesima pars circumferentiae EDA.

Compleatur parallelogrammum AE, & BF iungatur.] Producatur etiam BD ad rectam lineam FE in H.

Et quoniam GE ad EH maiorem proportionem habet, quam angulus GBE ad DBE angulum.] Illud nos hoc lemma demonstrabimus. Sit triangulum orthogonium ABC rectum habens



angulum ad C: & in recta linea AC sumatur quod vis punctum D, & BD iungatur. Dico rectam lineam AC ad rectam CD maiorem proportionem habere, quam angulus ABC habeat ad DBC angulum.]

Centro enim B & interitulo BD circuli circumferentia EDF describatur, & BC producatur ad F. Itaque quoniam triangulum quidem ABD maius est sectore EBD; triangulum vero DBC minus sectore DBF: habebit triangulum ABD ad triangulum DBC maiorem proportionem, quam sector EBD ad sectorem DBF. ut autem triangulum ABD ad triangulum

DBF

ARIST. DE MAGN.

s. sexti. *DBC, ita est recta linea AD ad ipsam DC : & ut sector AB
Vlt. sex D ad settorem DBC, ita angulus ABD ad DBC angulum. ergo recta linea A*

A *D ad ipsam DC*

maiorem proportionem habet, quam angulus ABD ad angulum DB

C: & *componendo recta linea A*


C *ad ipsam CD, maiorem habet proportionem quam angulus ABC ad DBC angulum.*

D *Vt autem quadratum ex FB ad quadratum ex B E, ita quadratum ex FG ad quadratum ex GE] Quoniam enim angulus FBE bisariam secatur recta linea BG, erit ex tertia sexti elementorum ut FB ad BE, ita FG ad GE: quare ex 22 eiusdem, ut quadratum ex FB ad quadratum ex BE, ita quadratum ex FG ad quadratum ex GE.*


E *Multo igitur maior erit BH, quam duodecim dupla ipsius HE] Nam BH, que maiori angulo, nempe recto subtenditur, maior est, quam ipsa BE.*

F *Sed ut BH ad HE ita est AB ad BC, ob triangulorum similitudinem] Ducatur a punto C, videlicet ab angulo recto trianguli ABC ad basim perpendicularis CM; sicut triangula BCM ACM similia toti, & inter se se.quare angulus BCM, hoc est angulus HBE est aequalis angulo B AC. atque est ACB rectus aequalis recto BEH. reliquus igitur ABC reliquo BHE est aequalis, & triangulum triangulo simile. ergo ut BH ad HE, ita AB ad BC.*

G *Atque habet circumferentia BL ad circumferentiam*



etiam BK maiorem proportionem, quam recta linea
BL ad BK rectam.] Ex demonstratis a Ptolemeo in prin-
cipio magnæ constructionis.



Est autem ipsius BL dupla BD] Ex corollario quin-
te decime quarti libri elementorum.

Sed ut DB ad BK, ita AB ad BC] Ob triangulorum K
DKB ABC similitudinem . Rursus enim angulus MCB, hoc
est BDK est aequalis angulo BAC, rectusq; DKB recto AC
B, & reliquo reliquo aequalis.

A R I S T . D E M A G N I T .

P R O P O S I T I O . V I I .

Cum sol totus deficit, tunc idem conus comprehendit solem & lunam, ad visum nostrum verticem habens.

Quoniam enim si deficiat sol, ob lunæ oppositio nem deficit. incidit autem sol in conum lunam comprehendentem, qui ad visum nostrum verticem habet. vel igitur sol ipfi cono congruit, vel excedit, vel ab eo exceditur, & si quidem excedit, non deficiet totus, sed eminebit ipsius pars excedens, si vero ab eo exceditur, permanebit solis defectus, quoad partem illam, qua exceditur, pertransuerit. atqui deficit totus, & non permanet deficiens. illud enim ex obseruatione manifestū est. quare neq; excedit, neq; exceditur. ipsi igitur cōgruat necesse est. & cōprehendetur à cono lunam comprehendente, qui ad visum nostrum verticem habet.

P R O P O S I T I O . I X .

*Solis diameter maior est, quam duodecim
gintupla diametri lunæ: minor vero quam
vigintupla.*

Sit noster quidem visus ad A; solis autem centrū B, & lunæ centrum C, quando conus solem & lunam comprehēdēs ad visum nostrum verticem habeat, hoc est quando puncta ACB sint in eadem recta linea. & per ACB planum producatur, quod faciet sectiones in sphēris quidem maximos circu-


los, in cono autem rectas lineas. faciat igitur in sphaeris maximos circulos FG, KLH: & in cono rectas lineas AFH, A GK, & CG, BK iungantur. erit ut BA ad AC, ita BK ad C G. sed BA ipsius A C ostensa est maior, quidē, quā duodecimuplicata, minor vero, quā uigintupla. ergo & BK maior erit, quā duodecimuplicata ipsius CG, & minor, quā vigintupla.

PROPOSITIO.

X.

Sol ad lunam maiorem proportionē habet, quā 5832 ad 1, minore vero quam 8000 ad 1.

Sit solis quidē diameter A; lunę vero diameter B. ergo A ad B maiorē proportionē hēt, quā 18 ad 1, & minorē quā 20 ad 1. Et qm̄ cubus, qui fit ex A ad cubum qui ex B triplā proportionē hēt eius, quā A habet ad B: habet autem & sphera circa diametrum



E 2 A ad

33 unde
cimi ele
men.
28. duo
decimi.

A R I S T. D E M A G N.

A ad sph̄aram circa diametrum B triplam proportionem eius, quam habet A ad B . est igitur ut cu-
m. quia g.

A

B


bus ex A ad cubum ex B , ita sph̄era circa diametrū
A ad sph̄aram circa diametrum B . sed cubus ex A
ad cubum ex B maiorem proportionem habet, quā
5832 ad 1, minorem vero quām 8000 ad 1, quoniā
A ad B maiorem proportionem habet, quām 18 ad
1 ; & minorem , quām 20 ad 1. ergo & sol ad lunam
maiorem proportionem habebit, quā 5832 ad 1, mi-
norem vero, quām 8000 ad 1.

P R O P O S I T I O . XI.

*Luna diameter, minor est, quām duas
quadragesimæ quintæ partes, maior vero,
quām pars trigesima distantie, qua centrum
lunæ à visu nostro distat.*

Sit enim noster visus ad A , & lunæ cētrum B , quā
do conus solem, & lunam comprehendens ad visum
nostrum verticem habeat. Dico fieri ea. quæ in pro-
positione continentur.iungatur enim A B , & per ip-
sam planum producatur, quod faciet in sph̄era cir-
culum, in cono autem rectas lineas . faciat igitur in
sph̄era circulum CED:& in cono rectas lineas AD,
AC:iungaturque CB & ad E producatur. itaque co-
stat ex eo, quod demonstratum est , angulum BAC
dimidij

dimidij recti esse partem quadragesimam quintam:
 & eadem ratione BC ipsius CA minorem, quam
 quadragesimam quintam partem multo igitur mi-
 nor est BC, quam quadragesima quinta pars ipsius




BA estque ipsius BC dupla CE. ergo CE minor est.
 quam duæ quadragesimæ quintæ partes ipsius A
 B. sed CE est lunæ diameter, & AB distatia, qua cœtrum
 lunæ à visu nostro distat. lunæ igitur diameter, distatia,
 qua centrum lunæ à visu nostro distat, minor est
 quam duæ quadragesimæ quintæ partes. Dico etiam
 CE ipsius BA maiorem esse, quam trigesimam partem.

lunæ

A R I S T . D E M A G N .

Iūgātur enim DE DC. & cētro quidē A, interuallo autem DC circulus describatur CDF , atque in eo aptetur recta li nea DF, æqualis ipsi AC . Quoniam igitur rectus angulus EDC est æqualis recto BCA:



C

- C** & angulus BAC æqualis ipsi ECD; erit rel'quus DE C reliquo HBC æqualis: & triangulum CDE triangulo ABC æquiangulum. ergo vt BA ad AC, ita est EC ad CD: & permutando vt AB ad CE , ita AC ad CD; hoc est ita DF ad CD. Rursus quoniam angulus **D** A C est vnius recti pars quadragesima quinta, erit circumferentia CD pars centesima , & octage-
-dici
- E** sima

simæ totius circuli; & circumferētia DF circuli pars sexta. quare circumferentia CD circumferentia D F trigesimæ pars est. atque habet circumferentia F CD, quæ minor est circumferentia DF, ad circumferentiam DF minorem proportionem, quam recta linea CD ipsius DF recte maior est, quam trigesimæ pars. est autem DF æqualis AC. ergo DC maior est, quam trigesimæ pars ipsius AC; & propterea EC ipsius BA major, erit, quam trigesimæ pars. ostensa est aut & minor, quam duæ quadragesimæ quintæ partes ipsius BA. quod ostendendum proponebatur.

F E D. C O M M A N D I N V S.

Itaque constat ex eo, quod demonstratum est angulum BAC dimidij recti esse partem quadragesimam quintam] Demonstratum est hoc in quarta huic.

Multo igitur minor est BC, quam quadragesima quinta pars ipsius BA] Est enim BA maior, quam AC, cum maiori angulo subtendatur.

Et angulus BAC æqualis ipsi ECD] Ex 8. se xti ele-
mentorum. Quoniam enim ab angulo recto ACB perpendicularis ducta est CH, fiant triangula ACH HCB similia toti, & inter se. quare angulus BCH, videlicet ECD est æqualis angulo BAC.


Rursus quoniā angulus DAC est vnius recti pars quadragesimæ quinta] Hoc demonstratum est in qua-
ta huic.

Erit circumferentia CD pars centesima, & octo-
gesima totius circuli] Angulus enim rectus consistit in
quarti parte circumferentiae totius circuli, hoc est in gradibus nonaginta, cuius circumferentiae pars quadragesima
quinta

A R I S T . D E M A G N .

quinta sunt duo gradus, videlicet centesima, & octogesima pars totius circuli.

P Atque habet circumferentia CD , quae minor est circumferentia DF ad ipsam circumferentiam DF




minorem proportionem ; quam recta linea CD ad rectam DF] Nam circumferentia DF , quae maior est circumferentia CD ad ipsam CD circumferentiam maiorem proportionem habet , quam recta linea DF ad rectam CD , quod demonstrauit Ptolemeus in principio magnaee constructionis . quare conuertendo ex 26 quinticircumferentia CD ad circumferentiam DF minorem ha-
bet

bet proportionem, quām recta linea CD ad DF rectam.

Ac propterea EC ipsius BA maior, quām trigesima pars superius namque demonstratum est, vt AB ad CE, ita esse AC ad CD. quare convertendo vt CE ad AB, ita DC ad CA. Quod cum DC maior sit, quām trigesima pars ipsius CA, & CE ipsius AB, quām trigesima pars maior erit.

PROPOSITIO XII.


Diameter circuli determinantis in luna
spacum, & splendidum diametro lunæ minor
quidem est, maiorem autem proportionem ha-
bet ad ipsam, quām 89 ad 90.



Sit noster visus ad A; lunæ vero cœntrum B, quan-
do conus solem, & lunam comprehendens ad visum
nostrum verticem habeat: & iuncta AB per ipsâ pro-
ducatur planum, quod faciet sectiones, in sphera
quidem circulum; in cono autem rectas lineas. fa-
ciet in sphera circulum DEC, & in cono rectas li-
neas

A R I S T . D E M A G N .

neas AD AC CD. ergo CD est diameter circuli determinantis in luna opacum & splendidum. Dico CD diametro lunę minorem esse, maiorem vero ad ipsam proportionem habere , quam 89 ad 90 . Itaque CD minorē esse diametro lunæ, manifestum est. Dico & maiorē habere proportionem, quā



- 89 ad 90 . Ducatur enim per B ipsi CD parallela E G , & BC iungatur. Rursus eadem ratione erit angulus DAC quadragesima quinta pars vnius recti : & angulus BAC recti pars nonagesima . atque est BA C angulus aequalis angulo CBF . ergo & angulus C A BF est pars nonagesima recti, videlicet angulus FBE ; & ob id circumferentia CF circumferentia FCE est nonagesima . quare circumferentia CE ad circumferentiam ECF cā proportionē hēt, quā 89 ad 90 . estq ; B ipsius CE dupla circumferētia DEC ; ipsius vero EC F dupla GEF . ergo DEC circumferētia ad circumferētiā GEF eam proportionem habebit , quam 89 ad 90 . habet autem recta linea DC ad rectam GF maiorem proportionem , quam DEC circumferentia

ad

ET DIST. SOL. ET LVNÆ. 22

ad circumferentiam GEF . recta igitur linea DC ad rectam GF maiorem proportionem habet , quam 89 ad 90.

F E D. C O M M A N D I N V S.

Et ob id circumferentia CF circumferentia FCE A
est nonagesima] Anguli enim eundem habet proportionē
quam circumferentiae , in quibus insunt , ex ultima sexti ele-
mentorū.


Ergo DEC circumferentia ad circumferentiam B
GEF eam proportionem habebit , quam 89 ad 90.]
Ex 15 quinti elementorum.

Habet autem recta linea DC ad rectam GF ma- C
iorem proportionem , quam DEC circumferentia
ad circumferentia GEF] Ex demonstratis à Ptolemeo .
nam circumferentia GEF ad circumferentia DEC maiorē habet
proportionē , quā GF recta ad rectā DC . ergo conuertēdo cir-
cumferētia DEC ad circumferētiā GEF minorē proportionē ha-
bet , quam recta DC ad rectam GF . ideoq; recta DC ad rectā
GF maiorem proportionem habebit , quam circumferentia D
EC ad GEF circumferentiam .

P R O P O S I T I O. X I I I.

Recta linea subtendens circumferentiam
circuli , in quo feruntur extrema diametri de-
terminantis in luna opacum , & splendidum ,
que in terrę umbra continetur , maior qui-
dem est , quam dupla diametri lunę , maio-


ARIST. DEMAGNE



rem autem ad ipsam proportionem habet,
quād 89 ad 45. et minor est, quād nona pars
diametri solis, maiorem vero proportionem
habet ad ipsam, quād 22 ad 225. sed ad eam,
quae à centro solis ducitur ad rectos angulos
axi, & coni lateribus applicatur, maiorem
habet proportionem, quād 979 ad 10125.

Sit enim solis quidem centrum ad A, terræ vero
centrum B, & lunæ centrum C, perfecta existente ec-
clipsi, & primum tota in terræ umbram incidente.
producaturque per ABC planum, quod faciet se-
ctiones in sphæris quidem circulos; in cono autem
comprehendente solem & lunam, rectas lineas. fa-
ciat in sphæris maximos circulos DEF GHK LMN.
in umbra vero terræ circulum, in quo feruntur ex-
rema diametri determinantis in luna opacum, &
splendidum, XLN: & in cono rectas lineas DCX
FKN. axis autem sit ABL. manifestum est ABL
axem contingere circulum LMN: propterea quod
umbra terræ sit duarum lunarum, & circumferentia
NLX ab axe ABL bifariam secetur: & adhuc luna
primum in terræ umbram incidat. Itaque iungatur
XN NL BN LX. ergo LN est diameter circuli, in
luna opacum, & splendidum determinantis: & BN
contingit circulum LMN; quod B sit ad nostrum vi-
sum, & LN diameter circuli determinantis in luna
opacum, & splendidum. Quoniam igitur XL LN
quales sunt, duplē erunt ipsius LN. quare XN ip-
sius NL minor est, quād dupla. iungantur LC CN, A
& LC ad O producatur. multo igitur XN minor est, B
quād C


ARIST. DE MAGN.



quām dupla ipsius LO. Et cum CL perpendicularis D
fit ad LB, erit ipsi XN parallela. angulus igitur LX E
N est equalis angulo CLN. atq; est NL equalis LX,
& LC ipsi CN, quare triāgulum XNL simile est triā-
gulo LNC. est igitur vt XN ad NL, ita NL ad LC. ^{4.scar} F
sed NL ad LC maiorē proportionē hēt, quam 89 ad G
45; hoc est quadratum ex NL ad quadratum ex LC
maiorem habet proportionem, quā 7921 ad 2025.
ergo & quadratum ex NX ad quadratū ex NL ma-
iore proportionem habebit, quam 7921 ad 2025
& ipsa XN ad LO maiorem, quā 7921 ad 4050. ha- H
bet autem 7921 ad 4050 maiorem proportionem, K
quam 88 ad 45. quare XN ad LO maiorem propor- L
tionem habebit, quām 88 ad 45. & ob id recta linea
subtendens circumferentiam circuli, in quo ferun-
tur extrema diametri determinantis in luna opa-
cum & splendidum, quæ in terra vmbra comprehē-
ditur, minor est, quām dupla diametri lunæ, maio-
rem autem ad ipsam proportionem habet, quām
88 ad 45.

Iisdem positis ducatur à punto A ipsi AB ad re M
ctos angulos PAR. Dico XN minorem quidē esse,
quām nouam partem diametrī solis; maiorem ve-
ro ad ipsam proportionē habere, quām 22 ad 225;
& ad PR maiorē habere proportionem, quām 379
ad 1125. Quoniam enim ostēnsa est XN diametri N
lunæ minor, quām dupla; lunæ autem diameter dia-
metri solis minor est, quām duodecimē pars,
erit XN minor, quām nona pars diametrī solis. Rur-
sus quoniam XN ad diametrū lunæ maiorem pro-
portionem habet, quām 88 ad 45, & diameter lunæ
ad solis diametrum maiorem hēt, quām 45 ad 900. ^{15. quā.}
quippe quod lunæ diameter ad diametrū solis ma- iorem

A R I S T . D E M A G N .



ET DIS SOL ET LUNAE. 23

iorum habeat proportionem, quam 1 ad 20, & omnia quadragies quinque sumantur: habebit XN P ad diametrum solis maiorem proportionem, quam 88 ad 900; hoc est quam 22 ad 225. ducantur a punto B circuli DEF contingentes BYS BVT. & YV, YA iungantur. erit igitur ut diameter circuli in luna opacum, & splendidum determinantis ad diametrum lunae, ita YV ad solis diametrum, quod idem conus solem, & lunam comprehendat, ad visum nostrum verticem habens. diameter autem circuli determinantis in luna opacum, & splendidum ad diametrum lunae maiorem proportionem habet, quam 89 ad 90. ergo & YV ad diametrum solis maiorem habet, quam 89 ad 90: & QY ad YA habebit maiorem, quam 89 ad 90. Ut autem QY ad YA, ita YA T ad AS, cum parallelæ sint SA YQ. quare & YA ad AS maiorem habet proportionem, quam 89 ad 90. multo igitur YA ad AR maiorem proportionem V habebit, quam 89 ad 90. ostensa est autem & XN ad X diametrum solis maiorem habere proportionem, quam 22 ad 225; & ex equali. ergo XN ad PR multo maiorem proportionem habet, quam numerus productus ex 22, & 89 ad eum, qui ex 90 & 225 producitur. hoc est 1958 ad 20250: & horum dimidia videlicet 979 ad 10125.

15. quæ
ti.

Q
R

Ex an-
tecedē-
te.

S

T


V

F E D. C O M M A N D I N V S.

Quart XN ipsius NL minor est, quam dupla] A
Sunt enim trianguli LXN duo latera XL LN reliquo XN
maiora, ex 20 primi elementorum.

Multo igitur XN minor est, quam dupla ipsius L B
O] Namque LO cu[m sit lunae diameter, maior est, quam LN
G diamet-

ARIST. DEMAGN.



ET DISTI SOL ET LVNAE.

diameter circuli, qui in luna opacum, & splendidum determinat.

Et cum CL perpendicularis ad LB] Ex 18 tertij elementorum, quod recta linea BL circulum LMN contingat.

Erit ipsi XN parallela] Ex 28 primi elementorum, est. n. D

BL est ad XN perpendicularis, cum ipsam bifariam fecerit. 3. tertij,

Angulus igitur LXN est aequalis angulo CLN] E

Quoniam. n. LO XN parallelae sunt, erit angulus LNX aequalis 29. pri. mi.
angulo CLN. Sed angulus LXN est aequalis angulo LNX, & angulus CNL ipsi CLN, quod XL LN aequales sint, itaque 5. pri. mi.
aequales LC CN. ergo & reliquis angulis XLN est aequalis reliquo LCN, & triangulum triangulo simile.

Sed NL ad LC maiorem proportionem habet, F
quam 89 ad 45] Habet enim NL ad lunae diametrum LO
maiorem proportionem, quam 89 ad 90, quod in antecedente
demonstratum est.


Hoc est quadratum ex NL ad quadratum ex LC G
maiorem habet proportionem, quam 7921 ad 2025]
Est enim 7921 numerus quadratus, qui fit ex 89, & 2025
quadratus, qui ex 45.

Et ipsa XN ad LO maiorem, quam 7921 ad 4050] H
Nam cum XN ad NL maiorem habeat proportionem, quam
89 ad 45, hoc est quam 7921 ad 4005; & NL ad LO maiorem,
quam 89 ad 90, hoc est quam 4005 ad 4050: habebit ex equali XN ad LO multo maiorem proportionem, quam
7921 ad 4050, ex ijs quae nos demonstrauimus ad 13 quinto
elementorum.

Habet autem 7921 ad 4050 maiorem proportionem, quam 88 ad 45] Est enim 88 ad 45, ut 7921
ad 4050. sed 7921 ad 4050 maiorem habet proportionem, quam ad 4050. ergo 7921 ad 4050 maiorem
proportionem habebit, quam 89 ad 45. 8. quinta.

Quare XN ad LO maiorem proportionem habet, E

ARIST. DE MAGN.



bit, quam 88 ad 45.] Immo vero longe maiorem ex ante dictis.

Iisdem positis ducatur à puncto A ipsi AB ad rectos angulos PAR.] Ita ut faciat rectam lineam NKF in puncto P, & rectam lineam XGD in R.

Luna autem diameter diametri solis, minor est, quam duodecimigesima pars] Ex 9. biius; solis enim diameter maior est, quam duodecimupta diametri lunae.

Et diameter lunæ ad solis diametrum maiorem habet, quam 45 ad 900. quippe quod luna diameter ad diametrum solis maiorem habeat proportionem, quam 1 ad 20, & omnia quadragies quinques sumantur.] Ex nona biius. nam cum solis diameter minor sit, quam vigintupla diametri lunae, habebit diameter lunæ ad solis diametrum maiorem proportionem, quam 1 ad 20, hoc est 45 ad 900, ex 15 quinti.

Habebit XN ad diametrum solis maiorem proportionem, quam 88 ad 900.] Immo vero longe maiore.

Ducatur à puncto B circulum DE contingentes BYS BVT] Secent autem rectam lineam PAR in punctis S T.

Erit igitur ut diameter circuli in luna opacum & splendidum determinantis ad diametrum lunæ, ita YV ad solis diametrum, quod idem conus solem & lunam comprehendat, ad visum nostrum verticem habens.] Illud nos hoc lemmate demonstrabimus.

Sit noster visus ad A, solis centrum B, lunæ vero centrum C, quando conus solem & lunam comprehendens ad visum nostrum verticem habeat. erunt ACB puncta in eadem recta linea. Ducatur per AC B planum, quod faciat sectiones, in spheras quidem circulos maximos DEF, GHK, in cono autem rectas lineas DGA FKA: iunganturque BD, CG, & à punctis D G ad B A ducentur ad rectos angulos


DLF

A R I S T . D E M A G N I T .

DLF GMK: & DB G
C ad pūcta N O pro-
ducantur. Dico vt K
G ad GO, ita esse FD
ad DN.


Quoniam enim recta
linea AGD circulos DE
F GHK contingit: & a
centris B C ad conta-
ctus ducuntur BD, CG,
erunt anguli ADB AG
recti. quare trianguli
ABD angulus ADB est
aequalis angulo AGC
trianguli ACG: atque est
angulus DAB utriusque
communis. reliquus igitur
DBA est aequare re-
liquo GCA. Rursus trian-
guli EDL angulus DLE
rectus est aequare recto
GMC, & angulus DBL
aequare ipsi GCM. ergo
& reliquus reliquo ae-
qualis, & triangulum
triangulo simile. Ut igitur
MG ad LD, ita GC

ad DB: permutandoq; ut MG ad GC, ita LD ad DB. & col-
lum dupla, ut KG ad GO, ita FD ad DN. est autem GK dia-
meter circuli, qui in luna opacum & splendidum determinat,
& GO lunae diameter. ergo ut diameter circuli in luna ope-
cum, & splendidum determinantis ad diametrum lunae, ita
FD ad DN, hoc est ad solis diametrum.



Et

ET DIT. SOL ET LUNAE. 22



A R I S T . D E M A G N I T .

S Et QY ad YA habebit maiorem, quam 89 ad 90] Ut enim YV ad solis diametrum, ita QY ad YA, cum sint earum dimidia, ex 15 quinti.

T Ut autem QY ad YA, ita YA ad AS; cum parallelae sint SA YQ. Quoniam enim parallelae sunt SA YQ, erit angulus YAS aequalis angulo AYQ: atq; est angulus AYS rectus aequalis recto AYQ. ergo & reliquus reliquo equalis, et triangulum simile triangulo. Ut igitur QY ad YA, ita est YA ad AS.

V Multo igitur YA ad AR maiorem proportionem habebit, quam 89 ad 90] Ex 8 quinti. est enim AR minor, quam AS. quare & dupla ipsius YA ad duplam ipsius AR, hoc est solis diameter ad PR maiorem habebit proportionem, quam 89 ad 90.


X Ergo XN ad PR multo maiorem proportionem habet, quam numerus productus ex 22 & 89 ad eum, qui ex 90 & 225 producitur] Quoniam enim XN ad diametrum solis maiorem habet proportionem, quam 22 ad 225. & diameter solis ad PR maiorem habet, quam 89 ad 90, fiat ut 225 ad 22, ita 89 ad alium. erit ad 8 $\frac{158}{22}$. Cum igitur XN ad diametrum solis maiorem habeat proportionem, quam 22 ad 225, hoc est, quam $\frac{158}{225}$ ad 89: & solis diameter ad PR habeat maiorem, quam 89 ad 90; habebit ex aequali XN ad PR multo maiorem proportionem, quam 8 $\frac{158}{225}$ ad 90. sed 8 $\frac{158}{225}$ hoc est $\frac{1958}{225}$ ad 90, est ut 1958 ad 20250. quod ita manifestum erit. dispositis enim numeris in hunc modum, & decussatim multiplicatis videlicet 225 in 90. sicut 20250, & 1 in 1958, sicut 1958. habebit $\frac{1958}{225}$ ad 90 eandem proportionem, quam 1958 ad 20250. quod nos demonstrauimus in commentarijs in tertiam propositionem. libri Archimedis de circuli dimensione, propositione septima. quare XN ad PR multo maiorem proportionem habebit, quam numerus

20250
225

merus

ET DIST. SOL. ET LVNAE.

29



H

A R I S T . D E M A G N .

merus productus ex 22 & 89, hoc est 1958 ad eū, qui producitur ex 90 & 225, videlicet ad 20250.

P R O P O S I T I O X I I I I .

A centro terræ ad lunæ centrum iuncta recta linea ad rectam lineam, quæ ex axe absinditur, inter eam, quæ subtendit circumferentia circuli in terræ umbra contentam, & centrum lunæ, maiorem proportionem habet, quam 675 ad 1.

Sit eadem figura, quæ prius: & luna ita se habeat, ut centrum ipsius C sit in axe coni solem, & terram comprehendentis: maximus autem in sphæra circulus sit POM in eodem existens plano; & MO iungatur. ergo MO est diameter circuli determinantis in luna opacum, & splendidum. Itaque iungatur MB, BO LX XB MC. rectæ igitur lineæ MB BO contingunt circulum MOP; propterea quod MO sit diameter circuli determinantis in luna opacum, & splendidum. Et quoniam XL est æqualis MO;

A vtræq; enim ipsarum est diameter circuli in luna opacum, & splendidum determinantis: erit XML circumferentia æqualis circumferentia MLO. ideoq; circumferentia XM ipsi LO æqualis. sed OL est æ-


B qualis LM. ergo & XM ipsi ML æqualis erit. est autem & XB æqualis BL, quod punctum B sit terræ cœtrum; habeatque terra puncti, ac cœtri rationem ad sphæram lunæ; & circulus MOP in eodem sit plano. quare BM perpendicularis est ad XL. atque est CM

Ex 2.
posi-
tione.

D E


ad

ad MB perpendicularis.
parallelia igitur est CM ipsi LX. est autem & SX parallela ipsi M R; ac propterea triangulum LXS simile est triangulo MRC. ergo ut SX ad MR, ita SL ad RC. sed SX ipsius M R minor est, quam dupla; quoniā & X N est minor, quam dupla ipsius MO. ergo & SL ipsius CR minor erit, quam dupla: & R multo minor, quam dupla ipsius R C. ex quibus sequitur SC ipsius CR minorē esse, quam triplā. habebit igitur RC ad CS maiorem



A R I S T . D E M A G N . E

re proportionem, quā 1 ad 3. Et quā est ut BC ad CM, ita MC ad CR, ha
betq; BC ad CM maiorem proportionē, quā 45 ad 1, & RC ad CS maiorem, quā 1 ad 3 : ex aequali MC ad CS maiorem habebit proportionē, quā 45 ad 3, hoc est, quā 15 ad 1. ostēsa est autem & BC ad CM habere maiorem proportionem, P quā 45 ad 1. rursus igitur ex aequali BC ad CS maiorem proportionem habebit, quam 675 ad 1.



F E D . C O M M A N D I N V S.

- A Erit XML circumferentia equalis circumferentiae MLO] Ex 28 tertij elementorum. In aequalibus enim circulis aequales rectae lineae aequales circumferentias auferunt.
- B Ideoque circumferentia XM ipsi LO aequalis] Quoniam enim circumferentia XML est aequalis circumferentiae MLO, dempta circumferentia ML utriusque communis, erit reliqua XM reliqua LO aequalis.

Est

Est autem & XB aequalis BL] A centro enim B ad circumferentiam ducuntur.

Quare BM perpendicularis est ad XL] Ex 3 tertij elementorum, nam recta linea BM ex centro ducta circumferentiam XML, & ob id rectam lineam XL bifariam secat.

Atque est CM ad MB perpendicularis] Ex 18 tertij. ducta est enim recta linea ex centro C ad punctum, in quo BM circulum POM contingit.

Parallela igitur est CM ipsi LX] Ex 28 primi elementorum.

Ac propterea triangulum LXS simile triangulo MRC] Namque angulus LXS aequalis est angulo CRM, & angulus LSX rectus aequalis recto CRM. ergo & reliquus reliquo aequalis, & triangulum triangulo simile.

Sed SX ipsius MR minor est, quam dupla] Ex 15 quinti elementorum.

Quoniam & XN est minor, quam dupla ipsius M] K O] Ex demonstratis in antecedente.

Et SR multo minor, quam dupla ipsius RC] Est enim RS minor, quam SL.


Habebit igitur RC ad CS maiorem proportionem, quam 1 ad 3] Ex 8 quinti elementorum.

Et quoniam est ut BC ad CM, ita MC ad CR] Ex 4 sexti nam triangula BMC, MCR similia sunt ex 8 eiusdem, quod ab angulo recto trianguli BMC ad basim perpendicularis ducta est MR.

Habetque BC ad CM maiorem proportionem, quam 45 ad 1.] Ex undecima buius.

Rursus igitur ex equali BC ad CS maiorem proportionem habebit, quam 675 ad 1.] Si enim fit, ut 1 ad 45, ita 15 ad alium, erit ad 675. Itaque quoniam BC ad CM maiorem proportionem habet, quam 45 ad 1, hoc est, quam 675 ad 15; & MC ad CS maiorem, quam 15 ad 1, habebit

A R I S T. DE MAGN.



bebit ex aequali BC ad CS maiorem proportionem, quam
675 ad 1.

PROPOSITIO XV.

Solis diameter ad diametrum terre maiorem habet proportionem, quam 19 ad 3; minorum vero, quam 43 ad 6.

Sit enim solis quidem centrum A, terræ vero centrum B, & lunæ centrum C, perfecta existente ecclisi, hoc est ita ut puncta ABC in eadem recta linea constituantur: & per axem producatur planum, quod faciat sectiones, in sole quidem circulum DEF; in terra vero circulum GHK, & in umbra circumferentia NX; denique in cono rectas lineas DM FM. iungaturque NX, & per punctum A dicatur ipsi AM ad rectos angulos OAP. Quoniā igitur NX minor est, A quam nona pars diametri solis; habebit OP ad NX multo maiorem proportionem, quam 9 ad 1: & per B conuersionem rationis MA ad AR minorem proportionem habebit, quam 9 ad 8. Rursus quoniam AB ipsius BC maior est, quam duodeuigintupla, erit multo maior, quam duodeuigintupla ipsius BR. ergo AB ad BR maiorem proportionem habet, quam 18 ad 1: & conuertendo RB ad BA minorem, quam 1 ad 18: componendoque RA ad AB minorem habet, quam 19 ad 18. ostensa est autem & MA ad AR minorem habere proportionem, quam 9 ad 8. ergo ex aequali MA ad AB minorem habebit proportionem, quam 171 ad 144: & quam 19 ad 16, partes enim eodem modo multiplicium eandem habent proportionem

26. q*ui*
ti.28. q*ui*
ti.


E

15. q*ui*
ti.

ARIST. DE MAGNIT.


enige e' totalewaer 20 ha' d' duuren za' ried
v'lied

M X 0 1 1 2 0 T



portionem . quare per conuersionem rationis AB ^{30. qui}
 ad BM maiorem proportionem habet, quam 19 ad ^{3.}
 3. vt autē AM ad MB , ita DEF circuli diameter ad P
 diametrum circuli GHK . solis igitur diameter ad
 diametrum terræ maiorem habet proportionem,
 quam 19 ad 3. Dico præterea minorē proportionē
 habere, quam 43 ad 6. Quoniam enim BC ad CR G
 maiorem habet proportionem, quam 675 ad 1, ha-
 bebit per conuersionem rationis CB ad BR propor-
 tionem minorem, quam 675 ad 674. sed AB ad BC ^{30. qui}
 minorem proportionem habet, quam 20 ad 1. ergo H
 ex æquali AB ad BR minorem habebit propor-
 tionem, quam 13500 ad 674, hoc est quā 6750 ad 337. K
 & conuertendo , cōponendoque RA ad AB maio-
 rem proportionem habebit, quam 7087 ad 6750. ^{ti.}
 Quod cum NX ad OP maiorem habeat propor-
 tionem, quam 979 ad 10125, habebit conuertēdo OP ^{28 qui}
 ad NX minorem proportionem , quam 10125 ad ^{ti.}
 979. Vt autem OP ad NX, ita AM ad MR . ergo & A
 M ad MR minorem proportionem habebit, quam ^{26. qui}
 10125 ad 979. & per conuerionem rationis MA ad ^{ti.}
 AR habebit maiorem proportionem quam 10125 ^N
 ad 9146. sed RA ad AB maiorem proportionem ha-
 bet, quam 7087 ad 6750. ex æquali igitur MA ad A N
 B maiorē habebit proportionē, quā numerus produ-
 ctus ex 10125 & 7087 ad eū qui ex 9146, & 6750
 producitur; hoc est quam 71755875 ad 61735500.
 habet autem & 71755875 ad 61735500 maiorem. O
 proportionem , quam 43 ad 37. ergo & MA ad AB
 maiorem proportionem habebit, quam 43 ad 37.
 & per conuerionem rationis AM ad MB habebit
 minorem proportionem, quam 43 ad 6. sed vt AM
 ad MB, ita est solis diameter ad diametrum terræ.
 I ergo

ARIST. DE MAGNIT.



ergo diameter solis ad terræ diametrum minorem proportionem habebit, quam 43 ad 6. ostensa est autem & maiorem habere proportionem, quam 19 ad 3.

F E D. C O M M A N D I N V S.

Quoniam igitur NX miuor est, quam nona pars A. diametri solis, habebit OP ad NX multo maiorem proportionem, quam 9 ad 1.] Ex 12 huius. ex quo sequitur ex 8 quinti NX ad diametrum solis minorem habere proportionum quam 1 ad 9. quare convertendo ex 26 quinti diameter solis ad NX maiorem habet proportionem, quam 9 ad 1. Et OP quae maior est, quam solis diameter, ad NX multo maiorem proportionem habet, quam 9 ad 1. sed ut A 8. quia
O ad RN, hoc est ut earum duple OP ad NX, ita erit AM ad 15. quia
MR ob similitudinem triangulorum AMO RMN. ergo Et AM ad MR multo maiorem proportionem habebit, quam 9 ad 1.


Et per conuersionem rationis MA ad AR minorem proportionem habebit, quam 9 ad 8] Ex 30 quinti.

Rursus quoniam AB ipsius BC maior est, quam C duodeuigintupla] Ex 7. huius.

Erit multo maior, quam duodeuigintupla ipsius BR] Est enim BR minor, quam BC.

Ergo ex equali MA ad AB minorem habebit proportionem quam 171 ad 144. Quoniam enim MA ad AR minorem propositionem habet, quam 9 ad 8, hoc est, quam eorum vnde uigintupla, videlicet 171 ad 152: habet autem RA ad AB proportionem minorem, quam 19 ad 18. fiat ut 19 ad 18, ita 152 ad alium; erit ad 144. Cum igitur MA ad AR minorem habeat proportionem, quam 171 ad 152; habeatque RA ad AB proportionem minorem, quam 152 ad 144: ex aequali MA ad AB minorem proportionem habe-

ALIST. DE MAGN.



bit, quam 171 ad 144; hoc est quam 19 ad 16.

Vt autem AM ad MB, ita DEF circuli diameter ad diametrum circuli GHK.] Ingentur AD BG. erit trianguli MD A angulus ADM recto aequalis recto BGM trianguli MGB. Sed angulus DMA est communis utriusque. ergo & reliquus reliquo aequalis, & triangulum triangulo simile: Ut igitur AM ad MB, ita AD ad BG, & ita earum duplæ, videlicet diameter circuli DEF ad circuli GHK diametrum.

Quoniam enim BC ad CR maiorem habet proportionem, quam 675 ad 1.] Ex 13 huius.

Sed AB ad BC minorem proportionem habet, quam 20 ad 1.] Ex 7 huius.

Ergo ex æquali AB ad BR minorem habebit proportionem, quam 13500 ad 674, hoc est quam 6750 ad 337] Nam cum AB ad BC minorem habeat proportionem, quam 20 ad 1, hoc est quam 13500 ad 675, & CR ad BR habeat minorem proportionem, quam 675 ad 674; habebit ex æquali AB ad BR minorem proportionem, quam 13500 ad 674, hoc est, quam eorum dimidia 6750 ad 337.

Quod cum NX ad OP maiorem habeat proportionem, quam 979 ad 10125] Ex 12 huius.

Vt autem OP ad NX, ita AM ad MR] Sunt enim triangula AMO RMN inter se similia, ut superius dictum est.

Ex æquali igitur MA ad AB maiorē habebit proportionem, quam numerus productus ex 10125 & 7087 ad eū, qui ex 9146 & 6750 producitur, hoc est, quam 71755875 ad 61735500] Quoniam enim MA ad AR maiorem habet proportionem, quam 10125 ad 9146, & RA ad AB habet maiorem, quam 7087 ad 6750, fiat ut 9146 ad 10125, ita 7087 ad aliū. erit ad 7845 $\frac{5505}{9146}$; si enim multiplicemus 10125 per 7087, & quod producitur, videlicet 71755875 dividamus per 9146, exhibent

4. s. sexti
15. quatuor
ti. .

G

H


K

L

M

N

CARTIST. DE MAGNE



$7845 \frac{55}{9146}$. Itaque cum $M.A$ ad AR , maiorem habeat proportionem, quam 10125 ad 9146 , hoc est quam $7845 \frac{55}{9146}$ ad 7087 ; & RA ad AB habeat maiorem, quam 7087 ad 6750 : habebit ex aequali $M.A$ ad AB maiorem proportionem, quam $7845 \frac{55}{9146}$ ad 6750 . Sed $7845 \frac{55}{9146}$ hoc est $\frac{71755875}{9419}$ ad 6750 est ut 71755875 ad 61735500 . quod quidem numeris decussatis multiplicatis perspicuum erit; ex 61735500 ijs, quæ nos demonstrauimus in commen-
 $\frac{71755875}{9419} \frac{6750}{1}$ tarijs in tertiam propositionem libri Ar-
 chimedis de circuli dimensione, propositione septima, ut pro-
 xime diximus. ergo $M.A$ ad AB maiorem habet propor-
 tionem, quam numerus productus ex 10125 et 7087 ad eum,
 qui ex 9146 & 6750 producitur.

Habet autem & 71755875 ad 61735500 maio-
 rem proportionem, quam 43 ad 37 .] Si enim fiat $viii$ O
 43 ad 37 , ita 71755875 ad aliū. erit ad 61743427 qui
 maior est, quia 61735500 . ergo 71755875 ad 61735500
 maiorem habebit proportionem, quam ad 61743427 , hoc quod
 est, quam 43 ad 37 .

PROPOSITIO. XVI.

Sol ad terram maiorem quidem propor-
 tionem habet, quam 6859 ad 27 , minorem
 vero, quam 79507 ad 216 .

A**B**

Cit enim solis quidem diameter A, terra vero dia-
 meter

A R I S T . D E M A G N I T .

A

B

* meter B. demonstratum iam est , vt solis sphæra ad terræ sphæram, ita esse cubum , qui fit ex diametro solis ad cubum, qui ex diametro terræ, quemadmodum & in luna. ergo vt cubus ex A ad cubum ex B, ita sol est ad terram . cubus autem ex A ad cubum ex B malorem proportionem habet, quam 6859 ad 27; minorem vero , quam 79507 ad 216; etenim A ad B maiorem habet proportionem, quam 19 ad 3, minorem vero, quam 43 ad 6. Quare & sol ad terrā maiorē proportionem habebit, quam 6859 ad 27; minorem vero, quam 79507 ad 216.

F E D . C O M M A N D I N V S .


* Demonstratum iam est , vt solis sphæra ad terræ sphæram, ita esse cubum, qui fit ex diametro solis ad cubum , qui ex diametro terræ, quemadmodum & in luna] In decima enim propositione huius demonstratum est vt cubus qui fit ex diametro solis ad cubum qui ex diametro lunæ, ita esse sphæram solis ad lunæ sphæram. quod similiter in terra demonstrabitur.

P R O P O S I T I O X V I I .

Diameter terræ ad diametrum lunæ in maiori quidem est proportione , quam 108 ad

43, in minori vero, quam 60 ad 19.

Sit solis quidem diameter A, lunæ diameter B, A
terræ vero C. Et quoniam A ad C minorem propor-
tionem habet, quam 43 ad 6, habebit conuertendo B



C ad A maiorem proportionem, quam 6 ad 43. Sed C
A ad B maiorem proportionem habet, quam 18 ad D
1. ergo ex æquali C ad B maiorem habebit propor-
tionem, quam 108 ad 43. Rursus quoniam A ad C E
maiorem proportionem habet, quam 19 ad 3, con-
uertendo C ad A minorem habebit, quam 3 ad 19. E
habet autem A ad B minorem proportionem, quā F
20 ad 1. ex æquali igitur C ad B minorem proportio-
nem habebit, quam 60 ad 19.

F E D. C O M M A N D I N V S.

Et quoniam A ad C minorem proportionem ha-
bet, quam 43 ad 6] Ex 14 huīus.

Sed A ad B maiorem proportionem habet, quā C
18 ad 1] Ex 9. huīus.

Ergo ex æquali C ad B maiorem proportionem,
habebit, quam 108 ad 43] Quoniam enim C ad A maio-
rem habet proportionem quam 6 ad 43: & A ad B maiores,
quam 18 ad 1, fiat ut 18 ad 1, ita 43 ad alium. erit ad 2 $\frac{7}{18}$
cum igitur C ad A maiorem proportionem habeat, quam 6
ad 43, & A ad B maiore, quā 43 ad 2 $\frac{7}{18}$, habebit ex æqua-

A R I S T. D E M A G N.

*li A ad B maiorem proportionem quam 6 ad 2 $\frac{7}{18}$ hoc est,
quam 108 ad 43, quod numeris decussatim $\frac{108}{43}$
multiplicatis manifeste constat, ex ijs, qua super-
rius dicta sunt.*

D Rursus quoniam A ad C maiorem proportionē
habet, quam 19 ad 3.] Ex 14 huīus.


E Habet autem A ad B minorem proportionē,
quam 20 ad 1.] Ex 9. huīus.

F Ex æquali igitur C ad B minorem proportionē.
habebit, quam 60 ad 19.] Fiat vt 20 ad 1, ita 19 ad alium.
erit ad $\frac{19}{20}$. quare cum C ad A miuorem proportionem ha-
beat, quam 3 ad 19, & A ad B minorem, quām 19 ad $\frac{19}{20}$,

G ex æquali C ad B minorem habebit propor-
tione, quam 3 ad $\frac{19}{20}$ hoc est, quam 60 ad 19. $\frac{3}{1} \cdot \frac{19}{20}$

P R O P O S I T I O . X V I I I .

Terra ad lunam in maiori quidem est pro-
portionē, quam 1259712 ad 79507, in mi-
nori vero, quam 216000 ad 6859.



Sit enim terrae diameter A, lunę vero B. quare A
ad B maiorem quidem proportionem habet, quam
108 ad 43, minorem vero, quam 60 ad 19. ergo &
qui sit ex A cubus ad cubum qui ex B maiorem pro-
portionem habet, quam 1259712 ad 79507, minore
vero

vero, quām 216000 ad 6859. Sed vt cubus ex A ad
cubum ex B , ita est terra ad lunā. terra igitur ad lu-
nam maiorem quidem proportionem habet, quām 1259712 ad 795071 minorem vero, quām 216000
ad 6859.

F I N I S .

P I S A V R I .

Apud Camillum Francischinum.

M D L X X I I .


22. 11. 17. 11. 10. 17. 11. 11.
11. 11. 11. 11. 11. 11. 11. 11.
11. 11. 11. 11. 11. 11. 11. 11.
11. 11. 11. 11. 11. 11. 11. 11.
11. 11. 11. 11. 11. 11. 11. 11.

2 1 1 4 3


2 1 1 4 3 1 1 1

2 1 1 4 3 1 1 1

2 1 1 4 3 1 1 1



3.00
134



www.books2ebooks.eu